

FR.154

II m
922

No. 8.

8

AD

PUBLICVM LYCEI SNEEBERGENSIS
EXAMEN

VIII. EID. MAI.

ET SEQVENTIBVS DIEBVS PRISCORVM CONSVETVDINE
INSTITVENDVM, SVB CONTINVATIONE

S C H E M A T I S

TRIVM NVMORVM,

QVIBVS IMPRESSA CERNITVR AVGVSTORVM CALIGVLAE
NERONIS ET GALBAE EFFIGIES, CVM MANV PORRECTA
ORDINES CIRCVMSTANTES PRO ROMANORVM
MORE ADLOQVENS,

VENERANDOS LYCEI NOSTRI DN. INSPECTORES
ET QVOTQVOT EX PROCERVUM VTRIVSQVE ORDINIS
NVMERO MANSVETIORIBVS MVSIS FAVENT, CONVO-
CAT, SIBIQVE ILLORVM PERHONORIFICAM
PRAESENTIAM EXORAT

M. JOANNES DOPPERTVS,

SCHOL. SNEEB. RECTOR.

SNEEBERGAE
PRAELO HENRICI FVLDÆ.





Sanctissima Augusti Characteris dignitas, qua nulla inter reliqua appellationum ornementa eminentior, nulla illuftrior, tamque excellens exiftit. tantum Augusti in Romano imperio successoribus comperit, cuius splendor cum in dignitatibus auspicio, tum in sacro sancto munere, & felici summarum rerum usu animadvertisit, ideoque hac nominis compellatione exprimitur concors quedam inter gentes et nationes auctoritas, qua singularis divinaque prorsus veneratio in imperatores conferatur, idque aperte declaratur, Imperatorem Augustum inter maiora mundi lumina veluti solem principatum obtinere, et a ceteris, dignitate regia effulgentibus, ut regum summum, interque omnes maximum distingui. Hanc diuini auspicii vocem, quam Baudius de ind. Bel. L. II. p. 81. pro errore amabili in Romanis imperatoribus, sed minus caute vendit, in se Rex Romanorum deriuare non potest, quamuis in splendidis Regum congressibus, conciliisque manus eorum nationum, certe gentium Christianarum, secundum ab imperatore locum teneat, ipsoque iure in Romano imperio ac dignitate Augusti eminentissimam successionem consequatur. Superba Gallorum natio, nimisque in Regis sui charactere amplificando jaetatrix, hanc secundi ordinis dignitatem Romanorum Regi, per quem non tantum, illum significat qui in viuis adhuc exiftente imperatore ad certam imperii successionem destinatur, sed ilum quoque, qui jamjane Augusti dignitate perfuit, sed nondum a Praefule Romano corona redimitus exiftit, dubiam reddere contendit, sed non tantum pronunciat Excellentissimus Henricus Cocejus in iuris publici prudentia c. VIII. p. 187 Romanus Rex praecedit omnes Reges, etiam Imperatorem Graecorum, nedn Regem Galliae, non modo ratione imperii quod ridiculum effet, in dubium vocare, sed et ratione solius regni Germanici, a quo subjugata Gallia, et ipsum Galliae regnum constitutum est, ipso quoque Carolo M. Germaniam preferente. Huc refer depuit de anno 1564. th. 5. th. 15. 16. 26. seqq. Ex certis rationibus et haudquaque sine annalium fundamento Romanorum Regem Galliarum Regi praeterulerunt celeberrimi publici juris doctores, quos inter excellunt Christophorus Besoldus in dissert. de praeced. et sessionis praerog. c. 2. n. 5. Quetta conf. 1. Goldastus in seniore l. 1. c. 16. n. 8. et non ita pridem Jac. Andr. Crusius in tract. pol. jurid. hist. de jure negotiorum L. 3. c. 2. et 3. Vberius hanc secundi ordinis controversiam excusit perquam notus publici juris D. Joh. Limnaeus L. 2. c. 7. et in addit. ibidem, contra nitendum vero testimonia exhibet ejusdem notitia regni Francici L. 2. c. VI. Amplissimum illud imperium, in Thracia constitutum, de hac diuina compellatione sibi nihil quicquam arrogare potest, cum pristina, eaque sacro sancta Augusti compellatio non pertineat ad barbaras gentes, et nationes asperitate morumque perversitate feroces

ces, desieritque prorsus verus illud Graecorum imperium, quod ex principe Latii urbe in Thraciam cum exoptato Romani nominis omnia ac eximio prorsus Augustae vocis splendore translatum in historicorum monumentis commemoratur. Legimus quidem in medii aevi scriptoribus, hanc vocem subinde adalios traducētam, sed prudentiores sciunt, factū id fuisse ex temporum imperitia, et praeter stilum publicum, usūmque communem, quem nulla priuata auctoritas conueleere, et de sua avita sede dejicere, quantumvis nitatur, valet. Celeberrimus inter Treboccos Polyhistor Jo. Henr. Boeclerius in exquisitae eruditio[n]is differt. de auctor[um] regio p. 183. Augustissimi compellationem epitheti loco habet, per Augusti vero vocem cognomenti gravitatem significari putat, ex qua interpretatione numus a. c. 1633. in felici Britonum insula cufus, in quo Carolus I. Augustissimus et invictissimus salutatur, excusationem meretur, quemadmodum et altera inscriptio, si Augusti compellationem ad epitheton modo refringas, in sempiternam Caroli XI. Sveonum Regis gloriam ipso coronacionis die arcui triumphali 1675. inserit: Pio AVGVSTO. PATRI. Patriae. Carolo XI. Maximo[r]. Regum. Progeniei. et. aemulo. monumentum. subiectio[n]is. et. obsequi. S. S. P. P. Sigeberti locum, quem ex Seldeni tit. honor. L. 1. c. V. citavit, sed fine censura et justa exponendi ratione praetermisit I. C. Beumannus in Syntagma, dignitatum illustrum p. 103. ab interpretationibus minus congrueibus Caroli le Cointe in annual. eccl. Franc. tom. 1. a. c. 508. et Antonii Pagi, in differt, hyp. parte 1. c. 8. vindicauit, inq[ue] meliorem, temporibusque aptiorem ordinem repofuit per celebris Viembergenium Polyhistor, Praeceptor meus sanctior, C. S. Schurz fleischin, in differt. de titulo Augusti th. 16. Temporibus prolabentibus diadema tantum inter insignia Augusti fastigii, dignitatissime inter mortales excellentissimae reprobatur, nec Caesariibus aequo jure concedebatur, vt constat ex Jo. Chrysostomi orat. in S. Babyl. tom. V. p. 459. edit. Savil. in qua de Juliano et fratre eius Gallo, Caesariis renunciatis, sequentem in modum proloqvitur: καὶ δίχεται χωρὶς τῷ διαδηματοῦ τὴν βασιλείαν ἔχος, cuius partes propugnat Philostorgius H. E. L. VII. c. 15. commemo[rans] de Juliano, quod fuerit in Caesari habitu per quinque annos, ἐν δὲ τῷ διαδηματι in Augusti fastigio post Constantium duo cum diadio, de Constantia vero Constantini filia L. IV. c. 1. quod a patre diademe simul, et nomine Augustae fuerit condecorata. Zofimus hoc diadema παραστήσεις appellat, eratque corona aurea gemmis contexta, quam Graeci τάσι τὸν κυνόν, aut λιθοπλάσιον, vel ἐξ λιθῶν σιφάνων et βασικῶν τανίκα, Themistius vero orat. XIII. σιφάνων κρυστάλλῳ dixerunt, distincta a Caesaram diadema, quod longe minoris erat pretii ac splendoris, vel ipsa Byzantinorum historia commemoratur. Referatur omnino ad hoc argumentum illustris Ezechiel Spanhemius ad Juliani Caesares, ubi Petavii in Themistio translationem eruditus emendavit, et in sensum aacuratio[n]em convertit. Ex modo dictis lucem caput Claudianus in III. Honori[us] consulari, quando de Honorio ad Caesarii dignitatem a Theodosio M. veceto s[an]ctissimo modulo concinit:

Et sacro meritos ornat diademate crines:
et Nicephorus Bryennius L. IV. c. 3. ubi de parente suo Bryennio
a Botoniare, Caesari charactere collufrato, sequentia verba recitat:
κακοῖς τὰ τῆς νιοθερίας ἐν τούς Κατσαριγνέδαι, καὶ τὰ σιφάνω τανισθῆ-
ναι συνθέσαι. Forsan ad hoc discrimen reflexerunt tempora recentiora,
quan-

ER Tm 922 X 205 303

quando Augusto Imperatoria aquilam bicipitem ad plenam imperationem designandam, Romanorum vero Regi aquilam similitudinem, ut notam non pleni imperii assignarunt, quae ratio arridet cl. J. C. Beccanno dissert. VII. c III. in syntag. dign. illufr. p. 737. mihique videtur longe aptior, quam illi, adstructa a Jo. Limnaeo L. i. c. IX. th. 13. Imperator non tantum unum, sed duplex imperium representat caput, scilicet Imperatoris et iunctum Regis Rom. Rex Romanorum vero unicum tantum, pura Regis. Novissimus, isque in doctrina juris publici lectu dignus Anonymus in statu imperii Rom. Germanici, qui liber non ita pridem Lipiae publicam lucem in forma media adspexit, varia quidem doctorum virorum de bicipiti aquila leuentias, easque incerta valde, fabulisque propiores recenset p. 179. sed libertatem judicandi cohibet, prorufisque, quod miror, ad allata easque iustiores interpretationes non dilabitur, veruntamen in propaganda ordinis dignitate Romanorum regis exquisitus ex Caeremoniali Pont. de a. 1504 ubi statim post Imperatorem Augustum Rex Rom. secundum obtineret locum, et ex Vicue fortii legato pronunciat, et luculentio legatorum exemplo comprobatur, Ludovicus XII. Galliarum Regis legatos Maximiliani I. qui viuentre adhuc parente Frederico III. Regia tantum dignitate effulgebat, ordinis excellentium ex consuetudine inter gentes per tot saecula recepta sine altercandi vehementia in pactionibus Burgundicis concessisse. c. IX. p. 187. Quae ad hoc illustreret, maximique in jure publico momenti argumentum pertinebunt, cum Deo proprio B. L. futura tempora pandent, qui modo pro praesenti instituto Amplissimos maximeque spectatos civitatis nostrae ex virtute Ordine Proceres ad novum certamen cum militibus, sub Apollinis vexillo in schola nostra stantibus, enixe et obsequientibus verbis invito, eritque vestra praefectia certaminis gloria, et veluti certissimum incitamentum ad cursum in Musarum studio eo promtiore mentis alacritate in posterum peragendum, illarum vero praefectis exoptata maximeque salutaris, qvorum vota unice eo diriguntur, ut Patronorum approbationem inveniant, sibiique magis magisque illorum benevolam propensionem sanctiore studio, mentisque religione promerentur. P. P. Dominica Misericordias Domini, Anni Dionysiani 1707.



FR.154

II m
922

No. 8.

AD

PUBLICVM LYCEI SNEEBERGENSIS
E X A M E N

VIII. EID. MAI.

ET SEQVENTIBVS DIEBVS PRISCORVM CONSVETVDINE
INSTITVENDVM, SVB CONTINVATIONE

S C H E M A T I S

T R I V M N V M O R V

QVIBVS IMPRESSA CERNITVR AVGVSTORVM
NERONIS ET GALBAE EFFIGIES, CVM MANV
ORDINES CIRCUMSTANTES PRO ROMAN
MORE ADLOQVENS,

VENERANDOS LYCEI NOSTRI DN. INS
ET QVOTQVOT EX PROCERV M VTRIVSQ
NVMERO MANSVETIORIBVS MVSIS FAVENT
CAT, SIBIQVE ILLORVM PERHONORI
PRAESENTIAM EXORAT

M. JOANNES DOPPERT
SCHOL. SNEEB. RECTOR.

SNEEBERGAE
PRAELO HENRICI FVLDAE.



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

		1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
		Centimeters																			
		Inches																			